

CHÚA NHẬT II MÙA VỌNG

CA NHẬP LỄ

Pópulus Sion, ecce, Dóminus véniet
ad salvándas gentes: et audítam fáciet
Dóminus glóriam vocis suæ in lætítia
cordis vestri. Qui regis Israël, inténde:
qui dedúcis, velut ovem, Ioseph.

Glória Patri ... Pópulus Sion...

Này dân Sion, đây Chúa đến cứu
nhân loại. Chúa sẽ lên tiếng oai hùng
và lòng các người sẽ hoan hỷ. Lạy
Đấng chăn dắt Israel xin lắng nghe,
Chúa đã dẫn dắt Giuse như mục tử
chăn dắt chiên mình.

Sáng danh ... Này dân Sion...

KINH TỔNG NGUYỆN

Excita, Dómine, corda nostra ad
præparándas Unigéniti tui vias: ut,
per eius advéntum, purificátis tibi
méntibus servíre mereámur: Qui
tecum vivit et regnat in unitáte
Spíritus Sancti Deus per ómnia
sæcula sæculórum.

Lạy Chúa, xin thức tỉnh lòng chúng
tôi dọn đường cho Con Một Chúa,
để nhớ ơn Chúa giáng thế, chúng tôi
được trong sạch phụng sự Chúa.
Đáng hằng sống hằng trị, làm một
cùng Đức Chúa Thánh Thần đời đời
chẳng cùng.

SÁCH THÁNH

Rôma 15, 4–13

Fratres: Quæcúmque scripta sunt, ad
nostram doctrínam scripta sunt: ut
per patientiam et consolationem
Scripturárum spem habeámus. Deus
autem patientiæ et solácii det vobis
idípsum sápere in altérutrum
secúndum Iesum Christum: ut
unánimes, uno ore honorificétis
Deum et Patrem Dómini nostri Iesu
Christi. Propter quod suscipite
invicem, sicut et Christus suscepit vos

Anh em thân mến, Thánh Kinh đã
được viết ra để dạy chúng ta. Theo
Thánh Kinh thì sự kiên nhẫn và sức
mạnh cho Thiên Chúa ban, phải đem
lại cho ta lòng cậy trông. Xin Chúa là
nguồn kiên nhẫn và yên ủi, ban cho
chúng ta được đồng tâm hiệp ý theo
gương Chúa Giêsu Kitô, để chúng ta
một lòng, một tiếng, ngợi khen Chúa
là Cha Đức Giêsu Kitô, Chúa chúng
ta. Vậy anh em hãy đối xử với nhau

in honórem Dei. Dico enim Christum Iesum minístrum fuisse circumcisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promissiónes patrum: gentes autem super misericórdia honoráre Deum, sicut scriptum est: Propterea confitébor tibi in géntibus, Dómine, et nómini tuo cantábo. Et iterum dicit: Lætámini, gentes, cum plebe eius. Et iterum: Laudáte, omnes gentes, Dóminum: et magnificáte eum, omnes pópuli. Et rursus Isaías ait: Erit radix Iesse, et qui exsúrget régere gentes, in eum gentes sperábunt. Deus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo: ut abundétis in spe et virtúte Spíritus Sancti.

như Chúa Giêsu đã đối xử với anh em, cho vinh danh Thiên Chúa. Thực thế, tôi đã nói với anh em: Chúa Giêsu Kitô đã tự hạ làm tôi tớ mọi người. Làm tôi tớ người Do Thái để thực hiện những điều đã hứa với tổ tiên ta vì Thiên Chúa là Đấng trung thành. Làm tôi tớ lương dân, nguyên vì lòng từ bi, để họ ca tụng Thiên Chúa, như lời Thánh kinh viết: “ Vì thế con sẽ ca tụng Chúa giữa lương dân, lạy Chúa, con sẽ ca tụng danh Thiên Chúa”. Lại lời khác rằng: “Hỡi muôn dân! Hãy ca tụng Chúa, và muôn nước! Hãy hoan hô Người”. Tiên tri Isaia cũng nói: Sẽ có một người do chi họ Jessê nổi lên thống trị lương dân và lương dân sẽ tin tưởng vào Người”. Nguyện xin Chúa là nguồn cậy trông ban cho anh em chứa chan vui mừng và bình an trong đức tin, để nhờ uy quyền của Chúa Thánh Thần anh em được tràn ngập lòng trông cậy.

CA TÂM NIỆM – ALLELUIA

Ex Sion species decóris eius: Deus maniféste véniet. Congregáte illi sanctos eius, qui ordináverunt testaméntum eius super sacrificia.

Allelúia, allelúia. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus Allelúia.

Từ Sion huy hoàng, Chúa sẽ đến công khai giữa ban ngày. Hãy triệu tập các tín hữu đã giao ước với Chúa bằng lễ vật.

Allelúia, allelúia. Tôi vui mừng khi nghe người ta bảo tôi: chúng ta sẽ tiến vào nhà Chúa. Allelúia.

PHÚC ÂM

Mátthêu 11, 2-10

In illo tempore: Cum audísset Ioánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis, ait illi: Tu es, qui ventúrus es, an alium exspectámus? Et respóndens Iesus, ait illis: Eúntes renuntiáte Ioánni, quæ audístis et vidístis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur: et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me. Illis autem abeúntibus, coepit Iesus dícere ad turbas de Ioáanne: Quid exístis in desértum vidére? arúndinem vento agitátam? Sed quid exístis videre? hóminem móllibus vestitum? Ecce, qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére? Prophétam? Etiam dico vobis, et plus quam Prophétam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te.

Khi ấy, ngài trong ngục và nghe biết các việc Chúa Giêsu làm, Gioan phái hai môn đệ đến hỏi Chúa Giêsu rằng: “Ngài có phải là Đấng phải đến, hay là chúng tôi còn phải đợi một người khác?” Chúa Giêsu trả lời rằng: “Hãy về kể lại cho Gioan biết những điều mắt thấy, tai nghe: người mù xem thấy, kẻ què được đi, người hủi được khỏi, kẻ điếc được nghe, người chết sống lại, kẻ nghèo được nghe giảng tin lành, và phúc cho kẻ hiểu biết lời Ta”. Khi môn đệ Gioan đi rồi, Chúa Giêsu nói với dân chúng rằng: “Các người vào sa mạc xem gì? Xem cây sậy phát phơ trước gió ư? Nhưng người mặc áo quý thì ở trong lâu đài vua chúa. Vậy thì tại sao các người đi xem? Có phải để xem một vị tiên tri không? Phải, Ta bảo thật, và còn hơn một vị tiên tri nữa. Vì có lời chép về Người rằng: Nay Ta phái sứ giả đi trước mặt con để dọn đường cho con”.

CA DÂNG LỄ

Deus, tu convérsus vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te: osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

Lạy Chúa, xin đến đem sức sống cho chúng con, dân Chúa sẽ vui mừng trong Chúa. Lạy Chúa, xin tỏ lòng nhân từ và ban cho chúng con Đấng Cứu Thế.

KINH DÂNG LỄ

Placáre, quásumus, Dómine, humilitátis nostræ précibus et hóstiis: et, ubi nulla suppétunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre præsídiis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Lạy Chúa, vì lời cầu xin của lễ mọi hèn chúng tôi dâng, xin Chúa nguôi cơn giận, và vì chúng tôi không có công gì, xin Chúa ban ơn cứu giúp chúng tôi. Vì Đức Giêsu Kitô, Con Chúa cùng là Chúa chúng tôi, Đáng hằng sống hằng trị, làm một cùng Đức Chúa Thánh Thần đời đời chẳng cùng.

KINH TIỀN TỤNG

KINH TIỀN TỤNG MÙA VỌNG trang 65

CA CHỊU LỄ

Ierúsalem, surge et sta in excélsó, et vide iucunditátem, quæ véniet tibi a Deo tuo.

Hỡi Jêrusalem! Hãy chỗi dậy! Hãy lên nơi cao và nhìn xem sự vui mừng Thiên Chúa đem đến.

KINH TẠ LỄ

Repléti cibo spirituális alimóniæ, súpplices te, Dómine, deprecámur: ut, huius participatióne mystérii, dóceas nos terréna despícere et amáre coeléstia. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Lạy Chúa, chúng tôi đã được Mình Thánh Chúa làm thần lương bổ dưỡng, nhờ ơn Bí Tích rất thánh này, xin Chúa giúp chúng tôi biết chê bỏ mọi sự thế gian và yêu mến những sự trên trời. Vì Đức Giêsu Kitô, Con Chúa cùng là Chúa chúng tôi, Đáng hằng sống hằng trị, làm một cùng Đức Chúa Thánh Thần đời đời chẳng cùng.